

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Post reditum in senatu

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. TULLIUS CICERO

POST

REDITUM IN SENATU.

ORATIO VICESIMA OCTAVA.

SYNOPSIS.

F. Gratias agit Senatus, quod ab exilio revocatus sit. Acta in Senatu & de scripto Non. Septemb. anno ubi 696. Inve-
hitur in eos, quorum invidia exul factus: Amicorum beneficia extollit: Pollicetur studium erga Republicanam.



I, patres conscripti, pro vestris immorta-
 libus in me, fratremque meum, liberos
 que nostros meritis parum vobis cumula-
 te gratias egero; quæso, obtestorque, ne
 mea naturæ potius, quam magnitudini
 beneficiorum id tributum putetis.

Quæ enim tanta potest existere ubertas ingenii, quæ
 tanta dicendi copia, quod tam divinum, atque incre-
 dibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos
 universa promerita, non dicam complecti orando, sed
 percensere numerando? qui mihi fratrem optatissimum,
 me fratri amantissimo, liberis nostris parentes, nobis libe-
 ros: qui dignitatem, qui ordinem, qui fortunas, qui amplif-
 simam republ. qui patriam, quæ nihil potest esse jucun-
 dius, qui denique nosmet ipsos nobis reddidistis. Quod si
 parentes *charissimos* habere debemus, quod ab iis nobis vita,
 patrimonium, libertas, civitas tradita est: si deos immor-
 tales, quorum beneficio & hæc tenuimus, & ceteris rebus
 aucti sumus: si populum Roman. cujus honoribus in am-
 plissimo consilio, & in altissimo gradu dignitatis, atque
 in hac omnium terrarum arce collocati sumus: si hunc
 ipsum ordinem, à quo sæpè magnificentissimis decretis
 sumus honestati: immensum quiddam & infinitum est,
 quod vobis debeamus, qui vestro singulari studio, atque
 consensu parentum beneficia, deorum immortalium mu-
 nera, populi Rom. honores, vestra de me multa iudicia,
 nobis omnia *uno tempore* reddidistis: ut, cum multa vobis,
 magna populo Roman. innumerabilia parentibus, omnia
 diis immortalibus debeamus, quod hæc antea singula per
 illos habuerimus: nunc universa per vos recuperavimus.

Itaque, P. C. quod ne optandum quidem est homini, im-
 mortalitatem quandam per vos adepti videmur, quod e-
 nim tempus erit unquam quo vestrorum in nos beneficio-
 rum memoria, ac fama moriatur, qui illo ipso tempore,
 cum vi, ferro metu, minis obfessi teneremini, non multo
 post discessum meum universi me revocastis, & referen-
 te L. Ninnio, fortissimo, atque optimo viro quem habuit
 ille pestifer annus & maximè fidelem, & minimè timi-
 dum, si dimicare placuisset, defensorem salutis meæ post-
 equam vobis potestas decernendi non est permissa per
 eum tribunum pleb. qui, cum per se republ. lacerare non
 posset, sub alieno scelere delevit: numquam de me silui-

sis, numquam meam salutem non ab his consulibus, qui
 venderant, flagitavistis. Itaque vestro studio, atque au-
 thoritate perfectum est, ut ille ipse annus, quem ego mihi,
 quam patriæ, majorem esse fatalem, hos tribunos habe-
 ret, qui promulgarent de salute mea, & ad vos sapenu-
 mero referrent. nam consules modesti, legumque metuen-
 tes, *impediebantur lege*, non ea, quæ de me, sed ea, quæ
 de ipsis lata erat, cum meus inimicus promulgavit, ut, si
 revixissent illi, qui hæc pænè deleverunt, tum ego redirem:
 quo factò utrumque contestus est, & se illorum vitam de-
 siderare, & magno in periculo republ. futuram, si aut
 hostes, atque interfectores reipubl. revixissent, aut ego
 non revertissem. Itaque illo ipso tamen anno, cum ego
 cessissem: princeps autem civitatis, non *legum præsidio*,
 sed parietum, vitam suam tueretur; & resp. sine con-
 sultibus esset, neque solum parentibus perpetuis, ve-
 rum etiam tutoribus annuis esset orbat: sententias dice-
 re prohiberemini: caput meæ proscriptionis recitaretur:
 nunquam dubitastis meam salutem cum communi salute
 conjugere. Postea verò quàm singulari, & præstantissima
 virtute P. Lentuli consulis, ex superioris *anni caligine*, & te-
 nebris & lucem in rep. Kal. Jan. respicere coepistis: cum
 Q. Metelli, nobilissimi hominis, atque optimi viri, sum-
 ma dignitas, cum prætorum, tribunorum pleb. pænè
 omnium virtus, & fides reip. subvenisset: cum virtute,
 gloria, rebus gestis Cn. Pompejus, omnium gentium,
 omnium sæculorum, omnis memoriæ facile princeps, tutò
 se in senatum venire arbitraretur: tantus vester consensus
 de salute mea fuit, & ut corpus abesset meum, *dignitas* jam
 in patriam revertisset. Quo quidem mense, quid inter me,
 & meos inimicos interesset, existimare potuistis, ego
 meam salutem deservi, ne propter me civium vulneribus
 resp. cruentaretur: illi meum reditum non populi Rom.
 suffragiis, sed flumine sanguinis intercludendum putave-
 runt. Itaque postea nihil vos civibus, nihil sociis, nihil
 regibus *respondisti*: nihil iudices sententiis, nihil populus
 suffragiis, nihil hic ordo auctoritate declaravit: mutum
 forum, elinguem curiam, tacitam & fractam civitatem vi-
 debatis. Quo quidem tempore, cum is excessisset, qui
 cædi & flammæ vobis auctoribus resisterat: cum ferro &
 facibus homines tota urbe volitantes, magistratum te-
 sta impugnata, deorum templa inflammata, summi viri,
 &

*Macrotus in Fa-
 bric manu scripte,
 duobus aut superi-
 orem collocatam
 præterea hanc ha-
 bet inscriptionem,
 CUM SENATU
 GRATIAS E-
 GIT. & Superior
 hanc, CUM PO-
 PULO GRA-
 TIAS EGIT.*

R. Referunt L. Ninnio. Accedit & ad hanc scripturam Palatini, nisi
 quod ita literas conceperint, ut inde fieri possit *Ninnio, Ninnio*, aut
 simile quid. unde & natum vulgare *Ninnio* consulator Turnebus lib.
 xxix. cap. 17.

2. Pessis, sub alieno scelere delevit. Alii aliter Guleimius tentabat,
posset suo, alieno scelere delevit.

3. Respub. sine consulibus esset. S. Victoris *respub. sine republ. sine esset*,
esset, cujus & meminit Lambinus.

4. Inven respicere cepistis. Lambinus admittit fide libri veteris, re-
 statque in Pall. in Pithæano, in S. Victoris, sed littera una diversum
 hi enim *despicere*: quod & in edd. vet. nam recentiores *respicere*.

5. Ut corpus abesset, etc. Hæc aliter etiam Pall. & libri Ahala, Pi-
 thæi, S. Victoris, quippe vulgata amplius, ut *in corpore*.

6. Testa impugnata. Est item ab iisdem, quibus accedit etiam Erfur-
 dianus, vulgo, *impugnata*.

& clarissimi consulis fasces fractos, fortissimi, atque opti-
mi viri, tribuni pleb. sanctissimum corpus i non tactum,
ac violatum manu, sed vulneratum ferro, confectumque
vidit. Qua strage nonnulli permoti magistratus, par-
tim metu mortis, partim desperatione reipub. paullum à
mea causa recesserunt. reliqui fuerunt, quos neque terror,
neque vis, neque spes, nec metus, nec promissa, nec minæ,
nec tela, nec faces à vestra auctoritate, à populi Rom. di-
gnitate, à mea salute depellerent. Princeps P. Lentulus,
parens, ac deus nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nomi-
nis, hoc specimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lu-
men consulatus sui fore putavit, si me mihi, si meis, si vo-
bis, si reipub. reddidisset, qui ut est designatus, nunquam
dubitavit sententiam de salute mea, se, & reipub. dignam,
dicere. Cum à tribuno plebis vetaretur, cum præclarum
caput recitaretur, NE QUIS AD VOS REFERRET, NE
QUIS DECERNERET, NE DISPUTARET, NE LOQUERETUR,
NE PEDIUS IRET, NE SCRIBENDO ADSESSET: 2 lo-
tam istam, ut antè dixi, proscriptionem, non legem,
putavit, qua civis optimè de reipub. meritis, nominatim,
sine iudicio, unà cum senatu, reipub. esset ereptus. Ur
verò iniiit magistratum, non dicam, quid egit prius, sed
quid omnino egit aliud, nisi, ut, me conservato, vestram
in posterum dignitatem, auctoritatemque sanciret? Dii
immortales, quantum mihi beneficium dedisse videmini,
quod hoc anno 3 P. Lentulus consul est? quanto majus de-
didisset, si superiore anno fuisset? nec enim egissem me
dicina consulari, nisi consulari vulnere concidissem. Au-
dieram ex sapientissimo homine atque optimo civi, &
viro, Q. Catulo, non sæpe unum consulem improbum, duos
verò 4 nunquam, post Romam conditam, excepto illo
Cinnano tempore, fuisse. quare meam causam semper fore
firmissimam dicere solebat, dum vel unus in republ.
consul esset. Quod verè dixerat, si illud de duobus consu-
libus quod antè in rep. non fuerat, peremne, ac proprium
manere potuisset. Quod si Q. Metellus illo tempore consul
fuisset, unicuique dubitatis, quo animo fuerit in me confer-
vando futurus, cum in restituendo auctorem fuisse, ad-
scriptoremque videatis? sed fuerunt duo consules, quo-
rum mentes angustæ, 6 humiles prævæ, oppleta tenebris,
ac sordibus, nomen ipsum consulatus, splendorem illius
honoris, magnitudinem tanti imperii nec intueri nec sus-
tinere, nec capere potuerunt: non consules, sed mercatores
provinciarum, ac venditores vestræ dignitatis. quorum al-
ter à me Catulinam, amatorem suum, multis audientibus:
alter Cethegum, consobrinum, tepescebat: qui me
duo sceleratissimi post hominum memoriam, non consu-
les, sed latrones, non modò deseruerunt, in causa præ-
sertim publica, & consulari, sed prodiderunt, oppugna-
runt, omni auxilio non solum suo, sed etiam vestro, ce-
terorumque ordinum, spoliatum esse voluerunt: quorum
alter tamen neque me, neque quemquam fessellit. Quis
enim ullam ullius boni spero haberet in eo, cujus primam

tempus ætatis palam fuisset 7 ad omnium libidines divul-
gatum? qui ne à sanctissima quidem parte corporis potu-
isset hominum impuram intemperantiam propulsare? qui
cum suam rem non minus strenuè, quàm postea publicam
confecisset: egestatem & luxuriam domesticæ publicam
sustentavit? qui nisi in aram tribunatus confugisset: neque
vini pratoris, nec multitudinem ereditorum, nec bono-
rum proscriptionem effugere potuisset. 8 quo in magistra-
tu nisi rogationem de piratico bello tulisset: profecto ege-
state, & improbitate coactus piraticam ipse fecisset: ac mi-
nore quidem cum reip. detrimento, quàm quod inita mor-
nia nefarius hostis, pradoque versatus est: quo inspectante
ac sedente, legem tribonus plebis tulit, NE AUSTRIIS
obtemperaretur: ne obnuntiare concilio, aut comitiis: ne
legi intercedere liceret: ut Lex Ælia, & Fusia ne valeret:
quæ nostri majores certissimâ subsidia reip. contra tribu-
nitios furtores esse voluerunt. Idemque postea, cum innu-
merabilis multitudo bonorum de Capitolio supplex ad
eum sordidatâ venisset, cumque adolescententes nobilissimi,
cunctique equites Rom. se ad lenonis impudicissimi pe-
des abiecissent: quo vultu cincinnatus gæneo non solum
civium lacrymas, verum etiam patris preces tepidavit?
Neque contentus fuit, sed etiam 10 in concionem ascen-
dit: eaque dixit, quæ, si ejus vir Catilina revixisset, dicere
non esset ausus: le nonarum Decembr. quæ, me consule
fuisset, civique Capitolini poenas ab equitibus Rom.
esse repetiturum: neque solum id dixit, sed quos ei com-
modum fuit, compellavit: L. verò Lamiam, equitem
Rom. præstanti dignitate hominem, & 11 saluti meæ pro
familiaritate, reipub. pro fortunis suis, amicissimum,
consul imperiosus exire urbe iussit: & cum vos vestrem
mutandam censuissetis, cunctique mutassetis, atque idem
omnes boni jam antè fecissent: ille inguentis obitus, cum
toga prætexta, quam omnes pratores, ædilesque tum ab-
jecerant, irritis igualorem vestrum, & luctum 12 gratissi-
mæ civitatis: fecitque quod nemo unquam tyranus, ut
quo minus occulto vestrum malum emergetis, nihil diceret:
ne apertè incommoda patriæ lugeretur, ediceret. Cum verò
in Circo Flaminio, non à tribuno plebis consul in concio-
nem, sed à latrone archipirata, productus esset: primum
processit, qua auctoritate vir? vini, somni, stupri plenus,
mudenti coma, composito capillo, gravibus oculis, flu-
entibus buccis, pressa voce, & temulenta: quod in civis
indemnatus esset animadversum, id sibi dixit gravi auctore
vehementissime displicere. Ubi nobis hæc auctoritas tam-
diu tanta lauit? cur in lustris, & helluatiombus hujusca-
lamistrati saltatoris tam eximia virtus tamdiu cessavit?
Nam ille alter Cælonius Calventius, ab adolescentia ver-
satus est in foro, cum eum 13 præter simulatam, versutam-
que tristitiam, nulla res commenderet: 14 non juris stu-
dium, non dicendi, non rei militaris, non cognoscendorum
hominum, non liberalitas: quæ præteriens cum in-
cultum, horridum, mastumque vidisset, etiam si agre-
stem,

1. Non saltem ac violatum manu.) Recepta lectio, non solum saltem, &c.
sed contra in se eosdem.
2. Totam istam, ut antè dixi, &c.) Libri recentis publicati,
sunt istam causam, aut adeo, clasulam, sed neutra vocum exita in ve-
custe cula, sperantque à se Pall. omnes, item in Erf. Ah S. Vi&, res-
piciet scilicet ad illud capitulum 3. caput mea proscriptionis.
3. P. Lentulus consul.) Vulgo fuit, sed hoc in nullis est scriptis, imò
naque in nostris, præterquam in Pal. nono aut Erford.
4. Nunquam post Romam conditam.) Tres voces postremas inserui ex
istidem libris, in editis, nunquam antea visa sunt.
5. Sed fuerunt duo consules.) Pall. aliquid, his consules, aut hi, quod na-
tam ex binario per noram expecto. Lambinus tollit Consules, præter
scriptos, nosse & olim casus, & poterat subditere.
6. Hamili, præter.) Etiam Pal. habent parva, & forsitan ita scripsit.
7. Ad maiorem libidinem.) Malco itad osiosus est in Gabnum, vul-
gato, ad omnes lib. ceperit id in Pal. nono. Suffidus verò in Turing. co.
8. Quis in magistratu.) Ita Lambinus; neque aliter Pal. nonus, rece-
pta lectio, qui.
9. Letare impudicissimi pedes.) Est à Pall. item Gembl. Ahaz, S. V. &

libris, epitheton lenonum proprium, ante eum impudicissimi.
10. In concionem ascendis.) S. Vi&, descendit, unde Guilielmus facie
ascendit.
11. Saluti meæ, pro familiaritate, reipub. pro fortuna, &c.) Quid sibi hæc
vellit, quæ orat. Lambinus, offerat ei scilicet in repunctio virtuosior,
eam sanavimus, immisso commate, quod & in aliis editis.
12. Aristissima civitatis.) Sic S. Victoris, & plerique Pall. item edd.
ver. dictum autem respectu Ciceronis, id ipsum Lambinus, admissum
priori editione, altera eiecit, reducto, præsertim, consule Turnebum
lib. XXI. cap. 17.
13. Præter simulatam versutamque tristitiam.) Turnebus d. cap. 17. ait in
m. haberi simul, utamque tri. & videtur melius, corè Pall. no. tri-
tamque, novus verò vitiosus.
14. Non juris studium, non dicendi, non rei militaris, non &c.) Miserabi-
liter heic multa mutata. Lambinus nos expressimas quod erit in Pall.
illo nono, de quorum verborum sinceritate, nominem dubitare patet
veritas ac ratio, antea incepte legebamur, non casuale finium, non di-
scendi initiarii militaris, non &c. Turnebus coniecerat, non consilium in-
dium, non dicendi, admodum dextre.

lib. & tabernam
quodam non
non dicitur in
in fine sententia
non negotium, Ca
resistent dicitur
improbitatem me
improbitatem me
dicitur incipit,
placatum est Ep
non que est, de
bet autem magist
officio, ac de me
fiam, ad pensan
non que dispart
debere: in comm
agendum, delict
reus libidinum
atque odorem
viri: istem ex
tentiamque de
tribunatum de
contemti hanc
libidinis, om
valde impu
quam me qui
austriatem, &
tenta Trafo
que Rom.
tepe accid
tunc ausu
non vita
rebus get
mei non
non non
non adde
integram
licet in
ut respici
me meam
essate, t
Romano no
tionate lib
Capu
cum luger
an Rom
paruerunt
tuo illo p
verbo let
peltum
miserum

stem, & inhumanum existimares, tamen libidinosum, & perditum non putares. Cum hoc homine, an a cum *stipite* *Aethiops* si in foro constitisses, nihil crederes interesse. sine sensu, sine sapore, esinguem, tardum, inhumanum negotium, Cappadocem modò abreptum de grege venalium diceres. Idem domi quàm libidinosus? quàm impurus? quàm intemperans, non janua receptis sed *pseudothyro* intromissis voluptatibus? cum verò etiam litteras studere incipit, & huiusmodi cum Græculis philosophari, tum est Epicureus, non penitus illi discipulus, quæcumque est, deditus: sed captus uno verbo voluptatis. Habebat autem magistrus non ex istis *imptis*, qui dies totos de officio, ac de virtute disserunt: qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria subeunda abhorantur: sed eos, qui dispersi, non *RAM* nullam vacuum voluptate esse debere: in omni parte corporis semper oportere aliquod gaudium, delectationemque versari. His utitur quasi præfectis libidinum suarum: hi voluptates omnes vestigant, atque odorantur: hi sunt conditores, instructoresque convivii: iidem expendunt atque æstimant voluptates, sententiamque dicunt, & iudicant, quantum cuique libidini tribuendum videatur. horum ille artibus eruditus, ita contempsit hanc pudentissimam civitatem, ut omnes suas libidines, omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modò *vultum importunum* in forum detulisset. Is me quàm me quidem non, cognoram enim, propter Pisonum a finitarem, quàm longè ab hoc genere cognatio matera Transalpini sanguinis abstulisset: sed vos, populumque Rom. non consilio, neque eloquentia, quod in multis saepe accidit, sed rugis, supercilioque *decepit*. L. Piso, rube ausus es isto oculo, non dicam isto animo: ista fronte, non vita: tanto supercilio, non enim possum dicere, tantis rebus gestis, cum A. Gabinio consociare consilia pestis mee? non te illius unguentorum odor, non vini cohelitus, non non frons calamistrata notata vestigiis, in eam cogitationem adducebat, ut cum illius te similis fuisses, frontis tibi integumento ad occultanda tanta flagitia diutius uti non liceret? cum hoc coire ausus es, ut consularem dignitatem, ut reipubl. statum, ut senatus auctoritatem, ut civis optimè meriti fortunam provinciarum foedere addiceres? te consule, tuis edictis, & imperiis, senatui, populoque Romano non est licitum, non modò sententiis, atque auctoritate sua, sed ne luctu quidem, ac vestitu *reipubl. subver-* *tere*. Capuane te putabas, in qua urbe domicilium quondam superbit fuit, consulem esse, sicut eras eo tempore: an Roma, in qua civitate omnes ante vos consules senatui paruerunt? tu es ausus in Circo Flaminio productus cum tuo illo pari dicere, te semper misericordem fuisse? quo verbo senatum, atque omnes bonos tum, cum à patria pestem depulsissem, crudelis demonstrabas fuisse. Tu misericors me affinem tuum, quem comitiis, prærogativæ

primum custodem præfeceras, quem Kalendis Jan. tertio loco sententiam togaras, constitutum inimicis reipubl. tradidisti: tu meum generum, propinquum tuum: tu affinem etiam, filiam meam, superbissimis, & crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti: idemque tu clementia, ac misericordia singulari, cum ego una cum reipubl. non tribunitio, sed consulari ictu concidissem, tanto scire, tantaque intemperantia fuisti, ut ne unam quidem horam interesse patere inter meam pestem, & tuam prædare; saltem dum conticeceret illa lamentatio, & gemitus urbis. Nondum palam factum erat occidisse temp. cum tibi arbitraria funeris solvebantur. uno, eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat: bona ad vicinum consulem de Palatio: de Tusculano ad item vicinum alterum consulem deferebantur: cum, iidem operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo non modò à bonis, sed etiam à liberis, atque inani foro, *ignis* populo Rom. quid ageretur, senatu verò oppresso, & afflictio, duobus impiis, nefariisque consulibus, ætatis, provinciarum, legiones, imperia donabantur. Horum consulum ruinas vos consules vestra virtute sustistis, summa tributorum plebis, pratorumque fide, & diligentia sublevati. Quid ego de præstantissimo viro, T. Annio, dicam? aut quis de tali cive satis dignè unquam loquetur? qui cum videret, sceleratum civem, aut domesticum potius hostem, si *legibus* uti liceret, iudicio esse strangendum: sin ipsa iudicia vis impeditur, ac tolleretur, audaciam virtute, furorem fortitudine, temeritatem consilio, ro manuum inanu, vim vi esse superandam: primò de vi postulavit. posteaquam ab eodem iudicia sublata esse vidit: ne ille omnia vi posset efficere, curavit: qui docuit, neque tecla, neque templa, neque forum, neque curiam, sine summa virtute, ac maximis opibus, & copiis ab infestino latrocinio posse defendi: qui primus, post meum discessum, metum bonis, spem audacibus, timorem huic ordini, servitutem depulit civitati. Quam rationem pari virtute, animo, fide, P. Sestius secutus, pro mea salute, pro vestra auctoritate, pro statu civitatis, nullas sibi inimicitias, nullam vim, nullos impetus, nullum vitæ discrimen vitandum unquam putavit: qui causam senatus exagitata *convulsibus* improborum, sic sua diligentia multitudinem commendavit, ut nihil tam populare, quàm vestrum nomen: nihil tam omnibus carum aliquando, quàm vestra auctoritas videretur: qui me cum omnibus rebus, quibus tribunus pleb. potuit, defendit, tum reliquis officiis, iuxta, ac si meus frater esset, sustentavit: cuius ego clientibus, libertis, familia, copiis, litteris ita sum sustentatus, ut meæ calamitatis non adjutor solum, verum etiam *sectus* videretur. Jam ceterorum officia, studia vidistis: quàm cupidus mei C. Cestilius, quàm studiosus vestri, quàm non va-

rius

1. Non putares. Scripti nostri ferè omnes, putares, aut putasti; non ut haec non editi, dub. tarr. Vult enim eo frontis fuisse supercilio, ut ignotis facile imponeret, nostram lectionem probavit & Turnebus d. cap. 17.
 2. Cum stipite Aethiops. Lectio hæc appensè placet, quidquid dicitur Lambinus, quid turpius Aethiops, quid ridiculum præterea magis stipite? convivium enim esse in bardum biennium, & necius est quam ut doceret debet.
 3. Tardum, inhumanum negotium, Cappadocem. Non potui rejicere Pall. omnium scripturam, firmatam ab editione principis, item Ahele libro. recentiores exhibent, *negotium Capp.* sine omni gratia; quæ plusculum habet in altero nostro; sed non item cuiusvis obvia est.
 4. Litteras studere. Palatinus nostri meliores, item editio prima *fronem*: quod mallem, quamvis sciam alteram etiam habere scripturam auctoritatem.
 5. Is me quàm me quidem non, cognoram enim, propter Pisonum affinitatem, &c. Ita hunc locum restitui, præterea Pall. quibus alludebat item liber S. Victoris; conieceratque noster Guilielmus, veratissima lectio habebat: *Is me quàm me quidem non cognoram enim propter, &c.* ac vulgata *Is non me quàm me quidem non cognoram enim propter*, ex qua meras nugæ exscriptis Lambinus.

6. Non frons calamistrata notata vestigiis. Sic optimi fere Palatini, nam quidam *toris*. Guilielmus malebat cum Lugdunensi editione *toris*. primitus *culi calamistrata toris vestigiis*. notiter nonus, *calamistrata toris vestigiis*.
 7. Cum à patria pestem depulsissem. Secutus sum Pall. nonum, vulgari expulsi, aut expulsi.
 8. Nondum palam factum erat occidisse temp. Metaphora funebris; de qua diximus in Suspicionum libello. ideoque malui *occidisse*, cum libris posterioribus, quàm ut erat in vulgata *occidisse*.
 9. Sublevati. Idem etiam Pall. nostri, vulgari recentiores, *sublevati*.
 10. Manum manum, vim vi. Pall. aliquot, item Gembl. & Erf. *manum expulsi*. quod si admittimus, rectius fortè fuerit *mox vim vi*, ut coniecit Guilielmus.
 11. Metum bonis, spem audacibus, timorem, &c. Hoc *non me* spem audacibus, quin *propter* sit, nemo dubitabit. extat autem in Pal. nono & Turing. nec recedit editio vetus, nisi quod loco *propter* servet &c.
 12. C. Cestilius. Sic Pall. Gembl. S. Vict. vulgo, *sestius*, aliis *sestius*.

rius fuerit in causa. 1. Quid Mofcius? cui ego ipsi, parenti, fratrique ejus, sentio quantum debeam: qui cum à me voluntas eorum in privato iudicio esset offensa, publici mei beneficii memoria *privatam offensionem* obliteraverunt. Jam T. Fadius, qui mihi quaestor fuit, M. Curtius, cujus ego patri quaestor fui, studio, amore, animo, huic necessitudini non defuerunt. Multa de me 2. C. Messius, & amicitia, & reipub. causa dixit: 3. legem separatim initio de salute mea promulgavit. Q. Fabricius, si qua de me agere conatus est, ea contra vim, & ferrum pericere potuisset: mense Januario nostrum statum recuperavimus, quem ad salutem meam voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas vestra revocavit. Jam verò prætore quo animo in me fuerint, vos existimare potuistis, cum L. Cæcilius privatim me suis omnibus copiis studuerit sustentare: publice promulgavit de mea salute cum collegis pax omnibus: direptoribus autem meorum bonorum in jus adeundi potestatem non fecerit. M. autem Calidius, statim designatus, sententia sua, quam esset cara sibi mea salus, declaravit. Omnia officia C. Septimii, Q. Valerii, P. Crassi, Sex. Quintilli, C. Comuti, summa & in me, & in temp. constituerunt. quæ cum libenter commemoro, tum non invitus nonnullorum in me nefarie commissa prætereo, non est mei temporis injurias meminisse: quas ego etiam si ulcisci possem, tamen *oblivisci mallem*. aliò transferenda mea tota vita est, ut bene de me meritis referam gratiam: 4. amicitias igne perfectas tuear: cum a peritis hostibus bellum geram: tumidis amicis ignoscam: 5. proditoribus meis non indicem dolorem profectionis meæ: defensores reditus dignitate consolet. Quod si mihi nullum aliud esset officium in omni vita reliquum, nisi ut erga duces ipsos, & principes, atque auctores salutis meæ, satis gratus judicaret: tamen exiguum reliquæ vitæ tempus non modo ad *referendam*, verum etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quando enim ego huic homini, ac liberis ejus, quando omnes mei gratiam referent: quæ memoria, quæ vis ingenii, quæ magnitudo observantiæ, tot, tantisque beneficiis respondere poterit? qui mihi primus afflicto, & jacenti consularem fidem, dexteramque porrexit: qui me à morte, ad vitam, à desperatione ad spem, ab exitio ad salutem revocavit. qui tanto amore in me, studio in temp. fuit, ut excogitaret, quem admodum calamitatem meam non modo levaret, sed etiam honestaret. quid enim magnificentius, quid præclarior mihi accidere potuit, quam quod, illo petente, vos decrevistis, ut *consili ex omni Italia*, qui temp. salvam velent, ad me unum, hominem fractum, & propè dissipatum, restituendum, & defendendum venissent, quæ voce, 6. ter omnino post Romam conditam consul usus esset pro universâ rep. apud eos solam, qui ejus vocem exaudire possent: eadem voce sona-

tus 7 omnibus agris, atque oppidis, civis, totamque Italiam ad unius salutem defendendam excitaret. Quid ego gloriosius meis posteris potui relinquere, quam hoc statum judicasse, qui civis me non defendisset. eum temp. salvam voluisse? Itaque tantum vestra auctoritas, tantum extima consulis dignitas valuit, ut dedecus & flagitium se committere putaret, si quis non veniret. Idemque consul, cum illa incredibilis multitudo Romanæ, & pæne Italia ipsa venisset, vos frequentissimos in Capitolium convocavit. quo tempore quantum vim *9 natura donata* haberet, aut vera nobilitas, intelligere potuistis nam Q. Metellus, & inimicus, & frater inimici, perfecta vestra voluntate, omnia privata odia deposuit: quem P. Servilius, vir cum clarissimus, tum verò optimus, mihi quæ amicissimus, & auctoritatis, & orationis lux divina quadam gravitate, ad sui generis, communisque sanguinis facta, virtutesque, revocavit, ut haberet in consilio & fratrem ab inferis, focium rerum mearum, & omnes Metellos, præstantissimos cives, pax ex Acheronte excitatos: in quibus Numidicum illum, cujus quondam re de patria discipulus, honestus ipsi, omnibus ludæos tandem visus est. 11 Itaque dimittitur non modo salutis defensor, qui ante hoc unum beneficium fuerat inimicus: verum etiam adscriptor dignitatis meæ. Quo quidem die 12 cum ccccxxviii. ex senatu essetis, magistratu autem hi omnes adessent, *dissensit unus*, is, qui sua lege conjuratos etiam ab inferis excitandos putarat. Atque illo die, quo temp. meis consiliis conseryata gravissimis verbis, & plurimis judicassetis, idem consul curavit, ut eadem à principibus civitatis in concione, postero die, dicerentur: cum quidem ipse egit ornatum causam meam, perfectique, adstante, atque audiente Italia tota, ut nemo cuiquam conducti, aut perdit *vocem acerbam* atque inimicam bonis, posset audire. Ad hæc non modo adjuvamenta salutis, sed etiam ornamenta dignitatis meæ, reliqua vos iidem addidistis: decrevistis, ne quis ulla ratione rem impediret: qui id impedisset, graviter, molesteque læturos: illum contra temp. salutemque bonorum, concordiamque civium iacturum: & 13 ut ad vos ea statim referrentur: meque etiam, si diutius calumniarentur, redire iussistis. Quid? ut agerentur gratia, qui è municipiis venissent? quid? ut ad illam diem, res cum redissent, rogerentur, ut pari studio convenirent? 14 Quid denique illo die, quem P. Lentulus mihi, fratrique meo, liberisque nostris *natalem* constituit, non modo ad nostram, verum etiam ad sempiternam memoriam temporis? quo die nos comitiis centuriatis, quæ maxime majores comitia iusta dici, haberique voluerunt, accessivim in patriam: ut eadem centuriæ, quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent. Quo die quis civis fuit, qui fas esse putaret, quacumque cum ætate, aut validudine esset, non se de salute mea

1. Quid M. Cæpiti? Est à Pal. nono, nam ceteris M. Opus; aut verò M. Cæpi. Cæpi fuerunt in Planciana cap. 11. cujus loci memoria, editioni hoc lib. intulerat P. Manutius ejecto vulgato, M. Cæpius; quod & dicitur Pighius nosse ad annum V. C. D. C. C. C. V. 2. C. Messius? Haud fecit Pal. nostri, & Gembl. S. Vic. Erf. non M. Cæpius, ut vulg. quem item rejecerat loco P. ghus. 3. Legem specialem des. & c. Ita Pall. & Erford. non separatim, ut hodie legitur. 4. Amicitias igne perfectas tuear. Clausulam istam tribuunt auctoritate nostro Pal. nonus, Erford. & S. V. Victoris, nisi quod illi præferant *di* que perfectas; hic amicitia sequi poss. ex quo elicitur Gualtemus igni sine dubio verè. sicque dixit nosse libro 11. de Officiis igne perfectas; qui nulla re ab honesto deducitur. 5. Proditoribus meis. Sic solum Pal. sec. tert. nam Erford. item Pal. non. & pr. proditoribus meis non iudicem: dolorem profectionis meæ, proditoribus meo consider. neque alter quart. aut oct. nisi quod si viderem. sententia sunt bella: haud tamen præferam vulgatis, cum Gualtemio, qui videtur Plautina Truculentii cap. 5. 6. Ter omnino post Romam conditam? Ingenio sic quidem Barn. Brissonius. de qua emendatione, ne quis ultra dubitet, sciat exsistere in Erford. in Pal. nono, & codice Abalæ. & ita quoque conjecerat Tarnobus lib. xxv. cap. 25. 7. Omnibus agris atque oppidis. In hæuarat se recentioribus edd. omni-

bus agris atque oppidis. sed vocata illa media, in nullo est miss. no. storum, sicut vetustis impressis. 8. Ut ad deum & flagitium. Integritas hujus loci debita Pal. nono alludique S. Vic. in quo deus flag. nam sec. vero flagitium hæc tenus vulgata, ut omnia flagitium, & c. 9. Natura leuatis habere. Lambinus, vera ventris hab. contra miss. Pall. omnes: editoresque antiquitus. 10. De patria discipulus honestus ipsi, omnibus ludæos tandem visus est. Editio prima hæc ipsi omnibus, & c. quomodo & S. Victoris exemplar & Pall. plectaque, nam nonus ille; discipulus meus omnibus; ipsi ne ludæos quidem illi visus. 11. Itaque dimittitur non modo salutis. Est ab editione verofissimâ probavit Gualtemus, intelligebatque post orationem Servilli soluto Senatu quem convocarat Lentulus, & quò Metellus inimicus venerat. miss. nostri dimittitur, nisi quod Pal. nonus exitus. 12. Cum ccccxxviii. ex senatu essetis magister autem hi omnes. Numerus hic exitus in Pal. nono habetque item Turingicus, qui præterea servabat ex senatu conveniebant enim in senatum, non senatores tantum, sed & ii quibus sententia jus. 13. Ut ad vos de ea statim referrentur. Vitatius lib. diciturque se hinc cod. Pal. noni, Erford. & Gembl. editi anteq. ut ad vos ea statim referrentur. 14. Quid denique illo die, quem. Pal. nonus, sic dicit.

res sententiam se
arq. tamquam
nam: quando
hæcque videtur
ipæ reipub. 1
nono classim civ
apparet. Post
cipua videt, q
debetur. In q
loca reipub. q
me dicitur qu
arguetur: educ
dicere sua com
tam. pro me, r
solum horatua
propet meum
re, enim à sup
me & promulg
ecolura, cum
cat: 2 emus in
auctoritate ho
consignavi. q
saltem impo
amicissimus
recederet. cla
necesse rera
tio, totus de
dant, perpe
de P. Sexto
fidem non
ribus ob
gratia: u
nate age
pæcipua
sunt, ta
commen
est, non
univers
Sed, ut
que ali
ribus de
arum erga
dierno s
gratia: u
municipi
obstanti
dignitate
ornatis
veltro. o
tores n
meo pe
eorum
sed etia
obedi
eodem
floriant
in conc
Rom re
citabant
solum pr
lati. Al
tens, sed

mea sententiam ferre? quando tantam frequentiam in campo, tantum splendorem Italiae totius, ordinumque omnium: quando illa dignitate rogatores, diuitiores, custodesque vidistis? Itaque P. Lentuli beneficio excellenti, atque diuino, non reducti sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi ciues; sed equis insignibus, & curru aurato reportati. Postum ego satis in Cn. Pompejum unquam gratus videri, qui non solum apud vos, qui omnes idem sentiebatis, sed etiam apud uniuersum populum Rom. salutem reipub. & conseruatam per me, & conseruatam esse cum mea dixerit? qui causam meam prudentibus commendarit, imperitos edocuerit, eodemque tempore improbos auctoritate sua compresserit? bonos excitarit? qui populum Rom. pro me, tanquam pro fratre, aut pro parente, non solum hortatus sit, verum etiam obsecrarit? qui ipse cum propter metum dimicationis, & sanguinis, domo se teneret, etiam à superioribus tribunis petierit, ut de salute mea & promulgarent, & ferrent; qui in colonia nuper constituta, cum ipse gereret magistratum, in qua nemo erat à emtus intercessor, vim & crudelitatem privilegii, auctoritate honestissimorum hominum, & publicis litteris consignauit, princepsque Italiae, totius praesidium ad meam salutem implorandum putauit? qui cum ipse mihi temper amicitiosus fuisset, etiam ut suos necessarios mihi amicos redderet, elaborarit? Quibus autem officiis T. Annii beneficia remunerabor? cuius 3 omnis actio, ratio, cogitatio, totus denique tribunatus, nihil aliud fuit, nisi constans, perpetua, fortis, iniecta defensio salutis meae? Quid de P. Sestio loquar? qui suam erga me beneuolentiam, & fidem non solum animi dolore, sed etiam corporis vulneribus ostendit? Vobis verò, P. C. singulis 4 & egi, & agam gratias. uniuersis, egi ab initio, quantum potui: satis ornate agere nullo modo possum. Et quamquam sunt in me praecipua merita multorum, quae sileri nullo modo possunt, tamen huius temporis ac timoris mei non est, conari commemorare beneficia in me singulorum. nam difficile est, non alique; nefas, quemquam praeterire. Ego vos uniuersos, patres conscripti, deorum numero colere debeo. Sed, ut in ipsis diis immortalibus non semper eosdem, atque alios alios tolemus & venerari, & precari: sic in hominibus de me diuinitus meritis omnis erit aetas mihi ad eorum erga me merita praedicanda, atque recolenda. Ho die quoque autem die nominatim à me magistratibus statui gratias esse agendas, & de privatis uni: qui pro salute mea municipia, coloniaeque adisset, populum Rom. supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam, quam vos fecerat, mihi dignitate meam reddidisset, vos me florentem semper ornastis: laborantem, mutatione vestis, & propè luctu vestro quoad licuit, defendidistis. Nostra memoria senatores ne in suis quidem periculis mutare vestem solebant: in meo periculo senatus veste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta, qui mea pericula non modò suo praesidio, sed etiam vestra deprecatione nudarunt. Quibus ego rebus objectis, cum mihi privato confisendum viderem cum eodem exercitu, quem consul non armis, sed vestra auctoritate superaram: multa mecum ipse reputavi. Dixerat in concione consul, se clivi Capitolini poenas ab equitibus Rom. repetiturum, nominatim alii compellabantur, alii citabantur, alii relegabantur: aditus temporum erant non solum praesidiis, & manu, verum etiam demolitione sublatis. Alter consul, ut me, & rempub. non modò desererent, sed etiam hostibus reip. proderent, praestitum eos

suorum praemiorum obligarat. Erat alius ad portas cum imperio in multos annos, magnoque exercitu: quem ego inimicum mihi fuisse non dico: tacuisse cum diceretur esse inimicus scio. Duæ partes esse in repub. cum putarentur: altera me deposcere, propter inimicitias: altera timidè defendere, propter suspicionem exdis putabatur. Qui autem me deposcere videbantur, in hoc auxerunt dimicationis metum; quod numquam inficiando suspicionem hominum, curamque minuerunt. Quare cum viderem senatum ducibus orbatum, me à magistratibus partim oppugnatum, partim proditum, partim derelictum: seruos simulatione collegiorum nominatim esse conscriptos, copias omnes Catilinae panè iisdem ducibus ad spem cordis, & incendiorum esse reuocatas: Equites Rom. proserptionis: municipia vastitatis: omnes, exdis metu esse perterritos: potui, potui, P. C. multis auctoribus fortissimis viris, me vi, armisque defendere: nec mihi ipse ille animus idem meus, vobis non incognitus, defuit. sed videbam, si vicissem: praesentem aduersarium, nimium multos mihi alios esse vincendos. si victus essem: multis bonis & pro me, & mecum, etiam post me esse pereundum: tribunisque sanguinis ultores, esse praesentis: meae mortis poenas, iudicio & posteritati reservari. Nolui, cum consul communem salutem sine ferro defendissem, meam privatus armis defendere: bonoque viros lugere malui meas fortunas, quam suis desperare. ac si solus essem interfectus, mihi turpe: si cum multis, reip. funestum fore videbatur. Quod si mihi aeternam esse ærumnam propositam arbitrarer: morte me ipse potius, quam sempiterno dolore multassem. sed cum viderem, me non diutius, quam ipsam temp. ex hac urbe abiturum: neque ego illa exterminata 5 mihi remanendum amplius putavi: & illa, simulatque reuocata est, me secum pariter reportauit. Mecum leges, mecum quaestiones, mecum iura magistratuum, mecum lenatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum ubertas, mecum deorum, & hominum sanctitates omnes, & religiones abfuerunt. Quae si semper abessent, magis vestras fortunas lugerem, quam desideratem meas. sin aliquando revocarentur: intelligebam, mihi cum illis unà esse redeundum. Cujus mei sensus certissimus testis est hic idem, qui custos capitis fuit, Cn. Plancius, qui, omnibus provincialibus ornamentis, commodisque depositis, totam suam quaesturam in me sustentando, & conseruando collocauit. qui si mihi quaestor imperatori fuisset: in filii loco fuisset. nunc certe erit in parentis, cum fuerit quaestor non imperii, sed doloris mei. Quapropter, patres conscripti, quoniam in 36 temp. sum pariter cum repub. restitutus: non modò in ea defendenda nihil minui de libertate mea pristina, sed etiam adaugebo. Etenim, si eam tum defendebam, cum mihi aliquid illa debebat: quid nunc me facere oportet, cum ego illi plurimum debeo? nam quid est, quod animum meum frangere, aut debilitare possit, cuius ipsam calamitatem non modò nullius delicti, sed etiam diuinorum in repub. beneficiorum testem esse videatis? nam & importata est, quia defenderam civitatem: & mea voluntate suscepta est, ne à me defensa repub. per eundem me extremum in discrimen vocaretur. Pro me non, ut pro P. Po. 36 pillio, nobilissimo homine, adolescentes filii, non propinquorum multitudo populum Roman. est deprecata, non, ut pro Q. Metello, summo & clarissimo viro, spectata iam adolescentia filius: non L. & C. Metelli, consulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum

1. Non reducti sumus in patriam, ut nonnulli clarissimi ciues.] Est à Pal. sec. nono & S. Vici. nam vulgo erat, non solum reducti sumus in patriam. ut n. cl. 1071.

2. Nullus impus intercessor.] Habent istud Pal. nonne atque Erford. non intercessor, quod in vulgata.

3. Omnis aetas, ratio, cogitatio.] Abest à libris aliquot, alicui non rectè re-

fellunt enim attributa eodem singulis his nominibus adiecta.

4. Egi, & ago gratias uniuersis ab initio.] Ita Pal. non. & Erford. distinctio praeterea est à Gohelmo.

5. Mihi remanendum putavi.] Vox amplius inserta est auctoritate Pal. noni & Erford. idem tamen non non agnoscebat distinctiunculam pal. 1071.

contulatum petebat, non Luculli, Servili, Scipiones, Metellorum filii, stantes, ac fordidati, populo Rom. supplicaverunt: sed *opus frater*, qui in me pietate, filius; consiliis, parens; amore, (ut erat) frater inventus est: sequore & lacrymis, & quotidianis precibus desiderium mei nominis renovari, & rerum gestarum memoriam usurpari coegit. qui cum statuisset, nisi per vos me recuperasset, eandem subire fortunam, atque idem sibi domicilium & vitam, & mortis deposcere: tamen nunquam nec magnitudinem negotii, nec solitudinem suam, nec vim inimicorum, ac tela pertimuit. Alter fuit propugnator mearum fortunarum, & defensor assiduus, summa virtute, & pietate, C. Piso, *gerer*: qui minas inimicorum meorum: qui inimicitias a suis non fuerunt, consulis: qui Pontum, & Bithyniam quaestor pro mea salute neglexit. Nihil unquam senatus de P. Popillio decrevit, nunquam in hoc or-

1. *Metellorum filii*. Manutius Paulus conjicit *Metellorum*, quomodo iam fuerat in oratione praecedenti. & absurdum sane Meillas istas fo-

dine Q. Metelli mentio facta est. Tribunitis sunt illi rogationibus, interfectis inimicis, denique nulla auctoritate senatus, restituti; cum alter eorum senatui paruisset, alter vim, eademque fingisset. Nam C. quidem Marius, qui haec hominum memoria tertius ante me consularis, tempestate civili expulsum est, non modo a senatu non est restitutus: sed *reditusio* senatum cunctum panē delevit. nulla de illis magistratum consensio, nulla ad temp. defendendam populi Rom. convocatio, nullus Italiae morus, nulla decreta municipiorum & coloniarum exstiterunt. Quare cum mea vestra auctoritas arcesserit, populus Rom. revocavit, resp. imploravit, Italia cuncta praene suis *hominis* reportavit: rog. committam, P. C. cum ea mihi sint restituta, quae in potestate mea non fuerunt, ea non habeam, quae ipse praestare possim, praefertim cum illa amissa recuperarem, *virtutem & fidem* nunquam amiserim.

tores Metellis ejusdem familiae nuptas fuisse, ut observat Pighius lib. XIV. Rom. Annalium.

M. TULLIUS CICERO
PRO
DOMO SUA, AD PONTIFICES.
ORATIO VICESIMA NONA.
SYNOPSIS.

Respondet Clodio, qui actionem ejus de potestate rei frumentaria Pompejo danda reprehenderat: Divinae suae domus à Clodio everfa, aream à Clodio tribus plebi consecratam, ab omni religione vacuum atque puram apud Pontifices docet. Effectus is fuit, ut Pontifices persuaserit, aream sibi restitui. Acta eodem anno, quo superiores duae pridie Kal. Octobr.



U M multa divinitus, pontifices, à majoribus nostris inventa, atque instituta sunt: tum nihil praeclearius, quam quod vos eos dem & religionibus deorum immortalium, & summx reipubl. praesse voluerunt: ut amplissimi, & clarissimi cives temp. bene gerendo; & pontifices religiones sapienter interpretando, temp. conservarent. Quod si ullo tempore magna causa sacerdotum populi Rom. judicio, ac potestate versata est: haec profecto tanta est, ut omnis reip. dignitas, omnium civium salus, vita, libertas, ars, foci, dii penates, bona, fortunae, domicilia, vestrae sapientiae, fidei, potestatisque commissa, creditaque esse videantur. Vobis hodie no die constituendum est, utrum posthac amantes, ac perditos magistratus improborum, ac sceleratorum civium praesidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armate malitis. Nam si illa labes, ac flamma reip. suum illum pestiferum, & funestum tribunatum, quem aequitate humana tueri non potest, divina religione defenderit: aliae caeremoniae nobis erant, alii antistites deorum immortalium, alii interpretes religionum requirendi. sin autem vestra auctoritate, sapientiaque, pontifices, ea, quae furore improborum in rep. ab aliis oppressa, ab aliis deserta, ab aliis prodita gesta sunt, rescindatur: erit causa, cur consilium majorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis, jure ac merito laudare possimus. Sed, quoniam ille demens, si ea, quae ego per hos dies in senatu de rep. sensu, vituperasset, aliquem se aditum ad aures vestras esse habiturum putavit: omittam ordinem dicendi meum: respondebo hominis

furiosi non orationi, qua ille uti non potest, sed convicio, cujus exercitacionem cum intolerabili petulantia, tumetiam diuturna impunitate munivit. Ac primum illud à te, homine vesano, ac furioso, requiro, quae te tanta panna tuorum scelerum, flagitiorumque vexet, ut hos tales viros, qui non solum consiliis suis, sed etiam *specie ipsa* dignitatem reip. sustinent, quod ego in sententia dicenda salutem civium cum honore Cn. Pompeji conjunxerim, mihi esse iratos, & aliud, de summa hoc tempore religione sensuros, ac me absente senserint, arbitrare. Fuisit tu, inquit, apud pontifices superior: sed jam, quoniam te ad populum contulisti, sis inferior, necesse est. Itane verò, quod in imperita multitudine est vitiosissimum, *varietas*, & inconstantia, & crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum, commutatio, hoccu ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas, à libidinosa sententia certum & definitum jus religionum, vetustas exemplorum, auctoritas litterarum, monumentorumque deterret? Tunc es ille, inquit, quo senatus carere non potuit? quem boni luxerunt? quem resp. desideravit? quo restituito, senatus auctoritatem restitutam putabamus? quam primum adveniens prodidisti? Nondum de mea sententia dico. impudentiam primum respondebo tuae. Hunc igitur, funesta reipubl. pestis, hunc tu civem ferro, & armis, & exercitus terrore, & consulum scelere: & audacissimorum hominum minis, servorum delectu, obfessione templorum, occupatione fori, oppressione curiae, domo, & patria, ne cum improbis boni ferro dimicarent, cedere curasti, quem à senatu, quem à bonis omnibus quem à cuncta Italia desideratum, arcessitum,

1. *Pontifices, religio.* Sic plerique Pall. nam aliquot habent *religionis*, ut *religionibus*, omisso eo *Pontifices*. ver. odd. *pontificum religionis*. Panthagates conjecit, *religiosissimi religioes*, quod invaluit Lambinus.

2. *Magna causa sacerdotum, &c.* Ita Pall. & Ahalz liberas: S. Vici.

atque editio prima sine praepositione.

3. *De summa hoc tempore religioes &c.* Pal. nonus hujus temporis. quarto utraque vox deest.

4. *Leniam se ad populum contulisti.* Lambinus ad Pompejum. sed in vitis omnibus miss.

5. *Domus*